Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37127
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



81

Suscipe sancte pater Ad hostiam
omnipotens deus hanc immaculatam
hostiam quam ego indignus
famulus offero tibi deo meo vivo et
vero pro innumerabilibus peccatis et offen
sionibus et negligentiis meis et pro
omnibus circumstantibus sed et pro omnibus
fidelibus christianis vivis atque defunctis
ut mihi et illis proficiat ad salutem in
vitam eternam Amen Quando aqua mi
Deus qui humanae substantiae vino
dignitatem mirabiliter condidisti et mirabilius reformasti da nobis
per huius aque et vini mysterium eius di
vinitatis esse consortes qui humani
tatis nostre fieri dignatus est particeps
ihesus xpus dnus nr. Qui tecum vivit et re
gnat in vnitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum Ad calicem
Offerimus tibi domine calicem salutaris tuam deprecantes clementiam
ut in conspectu diuine maiestatis tue pro
nostra et pro totius mundi salute cum odore
suauitatis ascendat Amen